



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 1. Cur homines quida[m] nascantur & fiant gibbosi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)


mis ac seriâ pænitentâ diluerit; verùm eti-
am imposterum præcipuis curis templa
frequentârit. Deplorent suum Acteonem
Poetæ à vertagis laceratum; hoc humano
cane nullus vnquam alius canis aut iu-
stiùs, aut salubriùs dominum momordit.

CAPVT VIII.

*Qui, & cur, reliquis corporis membris,
aut etiam toto corpore monstrosi pro-
dierint in lucem?*

S. I.

*Cur homines quidam nascantur & fiant,
gibbosi?*

 At punitur, qui capite luit, quod
peccauit: quia tamen etiam reli-
qua humani corporis membra,
sæpe sunt scelerum instrumenta, seruiunt
que iniquitati, idcirco monstrositas per
reliquum quoque sese corpus diffundit. Ut
enim taceam Antoninum Pium Imp. qui
forma conspicuus, & statura decorus, ac
longus fuit, tamen senectute incuruatus,
tiliaticijs tabulis circum pectus positis fa-
sciabatur, vt rectus incederet, & naturam
corrigeret fatiscentem; certè non sine di-
uina

Plutarch.
de Vtil.
ex inim.
qui tamē
lib. 2.
Quæst.
con. de
filio Pas-
siadis hoc
tradit.
Saxo l. 14.
Cranz.
l. 5. Nor-
uegiæ
cap. 9.

Pfal. 68.
24.

Pf. 65. 11.

uina vindicta quosdam, impositis in hume-
ros molibus, Atlantes fieri testatus est Leo
Byzantius, cui Passiades gibberus valetudi-
nem oculorum obiecerat; respondit enim
illi: *Humanum vitium infligis mihi, qui dorso*
portas Nemesein. Quare, si qui tales sunt,
vel suo, vel parentum merito, vix natos
infantes nimis superbè amantium, tribue-
re debent, si id illis euenit, quod Saxo &
Cranzius memorant accidisse Ingoni Ha-
raldi Hybernensis, Noruegiorum regis fi-
lio, omnibus honestatis numeris instru-
tissimo, qui infantia suæ tempore, per
incuriam nutricis fortè sinu delapsus, con-
fracto dorso, gibbum contraxit. Punium-
tur sæpe in filijs parentes. Quanquam hæc
etiam pœna esse potest ipsorum qui pa-
tiuntur. Vnde per imprecantis modum
prædicatur illis verbis: *Obscurentur oculi*
eorum, ne videant, & dorsum eorum semper
incurua. Quod vitium, vt à casu, ita potest
& à natura prouenire errante, at errante
vel ob parentum peccata, vel ad patientiæ
& demissionis occasionem, vel vt plectan-
tur, qui curuantur; iuxta illud: *Posuisti tri-*
bulationes in dorso nostro. Hoc est, *dorso Ne-*
mesein portare. Alia crux, aliud onus alijs,
his

his sarcina hæc imponitur; quam etiam plerique senes coguntur gestare annis & morbis grauati, vt deorsum pressi oculis sepulchrum sibi quærant: ob quam causam & *slicernia* vocantur. Est igitur illis gibbus, velut cippus ac monumentum tumuli eos expectantis. Ita enim paulò post, non tergo tantùm cumulato, sed saxo sepulchrali prementur; quo vt libentiùs eant, cum onere eunt. Onerati omnes, si sentiunt onus, magis libentiùsque prope- rant ad quietem.

§. II.

Cum veste carnea natus.

Plectitur & vestium peregrinus luxus sua monstruitate; & sæpe exprimit errans natura, quod malè affectauit tumens superbia. Quid enim aliud sibi voluit, circa Annum 1535. Bremopyrgi in vrbe Marchiæ infans, qui teste Fincelio, ita natus est in corpore circumflua & laxa cute, immo mole carnea, vt indutus sago militari Germanico crederetur? Fortasse infantis istius mater, sagram militare nimis curiosè aspexit? fortasse ita incedentem nimis fastuosè militem despexit? Nam talis dicere potuit: *Induantur, qui detrahunt mihi, pu-*

Conrad.
Lycosthè.
An. 1535.

Psal. 108.

dore: 29.